



Capitulum. cclv.

Tyrus. Ex li. de na. rez. Tyrus est serpens in partibus Hiericho circa solitudines iordanis. infestus auiibus et animalibus. maxime ouis auium que cum ipsis auiibus comedit. Huius carnes confecte cum quibusdam admixtis omne toxicum venenum expellunt. quam perfectionem tyriacam dicunt. Ferunt autem nonnulli hunc ante passionem christi nullum habuisse remedium. maximeque fuisse hominibus infestum. Ipsa vero die passionis vnus ex eis infestissimus: circa partes hierusalem casu fuisse comprehensum. et ad christi latus fuisse cruce suspensum. atque ex illo die totum illud serpentis genus accepisse virtutem contra omne venenum. **A**ctor. Tyrus idem esse fertur quod vipera. Nam et auctores in medicina loquentes de carne serpentina vel tyriaca conficienda raro vel nunquam de tyro sub hoc nomine faciunt mentionem sed de vipera. **A** tyro vero de nominatim dicitur tyriaca.